

König Wilhelm nimmt das Kloster S. Maria di Quinquemilia auf Bitten des Abtes Julian in den Königsschutz und bestätigt genannten Besitz .

Palermo, 1167 März 10

Sulmona , Archivio della Cattedrale di S. Panfilo, Abschriften eines Transsumpts von 1279 April 1 .

Editionen : CELIDONIO , Valva e Sulmona 83 - 85 .

Regesten : B. — ; Enz. —

Dem angegebenen Datum nach ist D +4 die älteste der Fälschungen mit dem Namen des Notars Calopetrus, es dürften aber alle Fälskate in etwa gleichzeitig entstanden sein, um den staufischen Abgabeforderungen Paroli bieten zu können. Da das als Muster benutzte Diplom Rogers II. für S. Sofia auf Benevent als möglichen Ursprungsort verweist, ist D +32 als Vorurkunde angesetzt worden. Zu dieser Fälschungsgruppe vgl. einstweilen ENZENSBERGER, I privilegi 80ff.

Daß eine Urschrift der Fälschung existiert hat, die in den äußeren Merkmalen den erhaltenen Urschriften der Fälschungsgruppe des "Calopetrus" entsprach, geht aus den beschreibenden Angaben in der Abschrift des 13. Jh. hervor. Die Rota wies dieselbe Vertauschung von Inschrift und Umschrift auf, wie es in DD +33 und +34 zu beobachten ist. Als Siegel war eine Bleibulle vorhanden, auf einer Seite Christus, auf der anderen der König. Dies stimmt mit der Struktur der normannischen Bleibullen unter Wilhelm überein: ob es sich um eine Nachahmung gehandelt hat oder um ein von einer anderen Urkunde abgenommenes Original, kann natürlich nicht mehr entschieden werden.

Durch Petitsatz sind die Übereinstimmungen mit DD + 32 - +34 angegeben . Dies betrifft die Invocatio, die Anfangs- und Schlußdatierung, die Intitulatio, weite Teile der Arenga, die Motivation in der Narratio, die *Adicimus* - Klausel mit Varianten, den Abschnitt *Confirmamus — donationes* mit Varianten in der Stellung, die Weideklause, den Teil der *mala consuetudo* , die Pönformel mit einer anderen Summe, Corroboratio und Datierung. Es fehlen das Holzschlagrecht und die allgemeine Schutzklausel . Als Eigenbestand von D +4 anzusehen sind die Besitzliste, die allgemeine Privilegienbestätigung sowie das Recht zur Verleihung von *publica officia* . Zu den Vorlagen und der möglichen Entstehung eines Teils der Fälschungen in Benevent — wo die Vorlagen überliefert sind — vgl. die Vorbemerkung zu D +32 .

Schon Celidonio waren Unstimmigkeiten wie Indiktion 9 in der Anfangsdatierung und 10 in der Datierungszeile — die beide nicht

D +4

stimmen — aufgefallen, ohne daß er daraus Folgerungen über die Authentizität von D +4 gezogen hätte .

Die Befreiung vom *aquaticum* , einer Abgabe für Tiertränken, findet sich schon in D W.I. +1 für Cava und in D +87 nach dem Muster von D +4 .

Das Kloster ist 1156 im Privileg Hadrians IV. für Bischof Sikenolf von Valva in der Besitzliste genannt : *monasterium sancte Marie de Quinque milibus cum omnibus suis appenditiis et hospitale* ; vgl. It. Pont. IV, 255 Nr. 13 ; KEHR, Nachträge III 458ff. Nr. 9 = DERS., PU in Italien V, 166 ff. ; in den Privilegien Alexanders III. (It. Pont. IV, 256 Nr. 18) und Lucius III. (It. Pont. IV, 256 Nr. 21) wird es ebenfalls nach dem Wortlaut der Vorurkunde genannt; bei Lucius fehlt bereits das Hospital, was allerdings auch ein Fehler der Abschrift des 16. Jh. sein könnte oder eine Aktualisierung nach dem damaligen Stand. Für Auseinandersetzungen mit dem Bischof wegen seiner Klosterherrschaft ist D +4 kaum geeignet, obwohl der Bischof nicht erwähnt wird. Daher dürfte es bei der Fälschung einerseits um eine Absicherung von Besitz gegangen sein, andererseits um den Versuch, sich eine Reihe von Abgaben vom Hals zu schaffen.

In nomine Domini Dei eterni ac salvatoris nostri Iesu Christi, anno incarnationis eiusdem millesimo centesimo sexagesimo septimo, nona indictione. Nos Guglielmus Dei gratia Sicilie et Italie rex, Guglielmi regis heres et filius. Decet omnes in regimine constitutos divinis obedire preceptis atque ei per quem regnant colla submittere, ut regni illius mereamur esse participes, quod fine caret, quod semper sine iactura sine merore durabit. Eapropter Juliane Sancte Marie de Quinque Miliis venerabilis abbas^a fidelis noster, tuis^b fratrumque tuorum^c petitionibus clementius annuentes ob amorem regis celestis per quem subsistimus et regnamus, et pro salute anime predicti patris nostri Guglielmi gloriose memorie magnifici regis et nostra nostrorumque denique parentum , confirmamus eidem monasterio tuo^d donationem factam eidem monasterio^d olim ab Odorisio et Berardo Odorisii comite de Sangro fidelibus nostris de Castro Quinque Milia cum tenementis et possessionibus suis, Casale de Poio cum ecclesiis et possessionibus suis, Casale de Stodaniblo cum ecclesiis et possessionibus suis, Castro Rocche de Rasino cum ecclesiis et possessionibus suis, ecclesiam Sancti Nicolai de Castellutio cum possessionibus suis, ecclesiam Sancti Georgii de Strepariis^e cum possessionibus suis, ecclesiam Sancte Marie de Heremito cum possessionibus suis, ecclesiam Sancte Lucie et Sancti Ioannis in Rocca de Quinque Milia. Confirmamus etiam eidem monasterio tuo omnia privilegia a regibus^f, ducibus, principibus, comitibus, baronibus quibuscumque sublimibus humilibusque personis utriusque sexus indulto . Confirmamus * etiam * donationes, oblationes, confirmationes, venditiones, commutationes seu quocumque alio titulo alienationes^g iuste et rationabiliter factas

Willelmi II diplomata

D +4

seu datas eidem. Adicimus quoque ut quicquid monasterium ipsum concessione pontificum, liberalitate regum et aliorum nobilium, oblatione fidelium in posterum iuste atque legitime poterit adipisci sine nostra nostrorumque heredum vel successorum seu cuiuscumque contrarietate * inquietatione seu * perturbatione libere et quiete perpetuo iure teneat atque possideat, omnibus servitiis, exactionibus vel collectis a predictis rebus exclusis, ita quidem quod nulli unquam persone liceat occasione exactionum et collectarum seu alio modo ab ipso monasterio exigere aliquid vel auferre. Preterea concedimus ut de omnibus eiusdem monasterii animalibus per totam terram nostram nemo herbaticum vel aquaticum tollat vel qualemcumque^h rem ullo modo accipiat, sed secure eant et redeant, maneant atque pascantur sine cuiuscumque contrarietate vel molestia. Concedimus insuper tibi et successoribus tuis liberam potestatem conferendi honores et publica officia fidelibus et vassallis tuis, prout melius in villis et locis aliis expediet. Insuper, si qua mala consuetudo in aliquibus de supradictis rebus vel possessionibus aut hominibus ipsius monasterii hactenus fuit imposita, volumus atque precipimus ut deinceps penitus deleatur. Si qua vero quod absit magna humilisve persona huius nostre concessionis paginam temerario ausu * in aliquo violare vel inrumpere presumpserit, sciat se composituram triginta libras auri, medietatem palatio nostro et aliam medietatem predicto monasterio, itaque presens privilegium et decretum pristinum robur obtineat et inconcussum inviolatumque omni tempore permaneat. Ad huius sane nostre concessionis et confirmationis indicium per manus Calopetriⁱ notarii nostri scribi nostroque sigillo insigniri precipimus.

Data Panormo per manum Mathei nostri vicecancellarii decimo die Martii, decima indictione.

^a abbate *Cel.*

^b suis *Cel.*

^c suorum *Cel.*

^d tuo - monasterio *fehlt Pe.*

^e Serrafirri *Pa.*

^f e legibus *Cel.*

^g alienationis *Cel.*

^h quale meumque *Cel.*

ⁱ Caloponi *Pe*, Calopocii *Cel.*